taret, immenſę magnitudinis vrſus in eum irruit, & dentibus, ac vnguibus cœpit dilacerare. Sed diuino adiutorio effectum fuit, vt Indus non ſine magno vitę diſcrimine, eum occideret: aquo amputatam manum ſecum detulit, eamq; ad Chriſtianorum exercitum, non multum diſtantem transmiſſit, obnixe petens vt aliquis ad illum properaret Sacerdos, qui eum Sacri Fontis aqua ablueret, in remiſſionē peccatorum. Neq; vllo modo permiſſit [interim quod accedebat Sacerdos] vt aliquod ſibi remedium ad hiberetur, aut vulnera mortifera [quibus erat dilaceratus] ligarentur. Qui cum Sacerdotem Baptizaturum videret, proprium tangēs caput, & oculos in cœlū leuās, nil aliud dicebat quam, agua Dios, agua Dios, agua Dios: petens hoc ſigno Baptizari, & ſe in Deū omnipotētē q fęcit Cęlū, & Terrā credere. Hunc Baptizauit chariſſim9 Diſcipulus me9 Frat Chriſtophorus de Salazar nō mediocriter & doctus probatę virtutis, & ſingularis ſāctitatis Iuuenis, & cui Deus optim9 nō multo poſt vz. preſēti añ. 1599. die. 3. april inſignē ſuorū laborū coronā pręſtitit, vt piè credim9 Noſt igit Frācíſcus [ſic enī appellatus fuit]

 ſtatim